# ALPHABETA ET CHARACTERES, IAM. INDE A CREATO MVNDO AD NOSTRA VSQ. TEMPORA; APVD OMNES OMNINO

Nationes vsurpatj; ex varijs Auto:
ribus accurate depromptj.

*Artificiose et eleganter in ære effictj, et recens foras dati, per*

IO: THEODORVM ET IO: ISRAELEM DE BRY, FRA*tres germanos, Ciues Francfordien.*

Francfordij, Anno CIↃ IↃ XCVI.

CADMVS

ABRAHAM

IDDVSTRI ET GENEROSO DN. DN. PHILIPPO, COMITI IN HANAV, ET RYNECK, DOMINO IN MVNTZENBERG, DOMINO suo clementissimo.



# ILLVSTRI ET GENEROSO DN. DN. PHILIPPO, COMITI IN HANAV, ET RYNECK, DOMINO IN MVNTZENBERG, DOMINO suo clementissimo.

*VADE Liber Comitis securus ad ora Philippi,*
*Hanoiæ Dominum quem colit aula suum,*
*Ad Dominum præsens quem postquam veneris, illi*
*Auspicio summi fausta precare Dei.*
*At ne te similem perituræ iudicet vmbræ,*
*Quæ nouit nullis edere muta sonos;*
*Oscula cum dederis felici debita dextræ*
*Talibus esto memor reddere verba sonis.*
*Magne Comes, quo non alius vel nomine maior*
*Vel studiis melior, vel pietate prior.*
*BRYVS vterque tuum me limen adire volebant,*
*Qui tua non ficta nomina mente colunt.*
*Ista sub auspiciis vt sculpta elementa precantur,*
*Publica defendas qualiacunque tuis.*
*Qui mores hominum varios & pectora nostra*
*Conueniens studiis sum Liber ipse tuis.*
*Talibus inuenies artes lusisse figuris,*
*Iudicio damnes quas minus ipse tuo.*
*Sume libens animus quicquid tibi debitus offert*
*Non data sed dantis mens tibi pondus erit.*
*Non aspernatur sincero corde ferentes*
*Supplice cum voto munera parua Deus.*
*Sedulus hæc postquam mandata peregeris, vt nos*
*Diligat, hoc nimium ni putat esse, roga.*

V. G.

Subditiss.

Ioh. Theodorus & Ioh. Israel de Bry,
Chalcographi & Ciues Francfordienses.

DE LI-

# DE LITERARVM CHARA-CTERIBVS.

DE literis, deq; artium omnium primis initiis siue elementis, si cui meditari in animo esset, quis est qui non videat, quantum eæ & voluptatis & vtilitatis, atque adeo dignitatis cultoribus suis concilient? Sunt enim donum altissimi, & recte primorum suorum inuentorum placitis atque voluntate firmiter & solide innituntur; quod ab ipsis vsque literarum inuentis, quæ priora artium omnium elementa, instrumentaque sunt plenissime constat.

Fuerunt autem primæ literarum Chaldeæ, inuentore Abrahamo, vt ait Philo, quibus Chaldæi, Assyrij & Phœnices promiscue vsi sunt; sed sunt qui aiunt Assyriis primum literas dedisse Rhadamantum.

Post hos Moyses literas tradidit Iudæis, forte non quidem his characteribus, quibus hodie vtuntur, quæ inuentum putantur Eszræ, quem omnium fere veteris instrumenti librorum scriptorem existimant.

Porro quidam Linus Chalcides literas ex Phœnice tulit ad Græcos, sed Phœniceas, donec Cadmus Agenoris filius alio charactere illis literas daret, numero sedecim: quibus Troiano bello quatuor addidit Palamides. Postea totidem Simonides Melicus.

Ægyptiis autem primum scribendi vsum tradidit quidem nomine Memnona, per animalium effigies, vt in obeliscis cernitur; sed literas illis primum dedit Mercurius, ille videlicet quem Lactantius quintum fuisse ait: cui Vulcanus Nili filius successit in regnum.

Latinis verò literas tradidit mulier Nicostrata cognomine Carmenta. Septem itaque literarum genera antiquitus præcellebant Hebreæ, Græcæ, Latinæ, Syriæ, Chaldeæ, Ægyptiæ, & Geticæ; de quibus in peruetusto Codice hosce sequentes versiculos sese legisse refert Crinitus.

*Moyses primus Hebraicas exarauit literas,*
*Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas,*
*Quas latini scriptitamus edidit Nicostrata,*
*Abraham Syras, & idem repperit Chaldaicas:*
*Isis arte non minore protulit AEgyptias,*
*Galfila prompsit Getarum, quas videmus vltimas.*

Cæteræ vero gentes & barbaræ nationes, recentioribus temporibus nouas literas inuenerunt. Nam Gotthis Cordanus Episcopus literas dedit, & antiqui Franci, qui sub Marcomiro & Pharamundo Gallias deuicerunt, suos habuerunt literarum characteres, à Græcis parum distantes, quibus VVastaldus eorum patrio sermone descripsit historiam, sed inuentore illarum literarum incerto, extant etiam aliæ Francorum literæ, quarum inuentor nomine Doracus: sed VVastaldi characteres longè diuersi: Sunt adhuc aliæ inuentore HICHIO FRANCO, qui cum Marcomiro ad ostia Rheni venit è Scythia. Quin & Beda aliquas descripsit, sed incerto inuentore, aliquorum Normannorum literas.

Et multæ aliæ gentes simili modo vel nouos sibi literarum characteres constituerunt, vel ab antiquos acceptos pro parte aut immutarunt, aut corruperunt; vt Dalmatæ Græcas, & Armenij Chaldæas: at Gotthi Longobardique latinarum literarum characterem dehonestarunt.

Multæ præterea antiquæ literæ perierunt, sicuti veterum Hetruscorum, quæ tamen olim Plinio Liuioque testibus magno in precio fuerunt apud Romanos, & adhuc cernuntur in antiquis monumentis harum effigies, sed penitus incognitæ. Nam Romanis olim orbem terrarum vastantibus, obsoletis antiquis & cuiusque nationis propriis, vsum suarum literarum illis violenter imponebant. Sic Hebræorum literæ sub captiuitate Babylonica perierunt, & lingua eorum à Chaldæis corrupta est. Sic antiquæ Germanorum, Hispanorum, & aliarum nationum literæ, introductis Romanis characteribus perierunt, linguæque earum gentium confusæ sunt. Contra Romanorum & literæ & linguæ, à Gotthis,

Longo-

Longobardis, Francis, aliisque barbaris gentibus vniuersa corrupta sunt; neque enim latina lingua ea ipsa est hodie quæ olim.

Et de Hebræorum lingua & charactere inter ipsos Thalmutistas non modica dissensio est. Nam Rabbi Iehuda ait, Protoplastem Adamum Aramæo idiomate locutum: Marsutra ait, traditam à Moyse legem charactere, qui dicitur Hebræo, idiomate verò sancto, quæ ab Esdra in Aramæum idioma Assyriosque characteres mutata, paulo post characteres retinens Assyrios, sanctum idioma resumpsit, Hebræo charactere, cum Aramæo sermone relictis Chusi, hoc est iis, qui simul legem susceperunt, & idola colunt, vt Samaritæ. Alij dicunt non aliis à primordio, quam nunc characteribus scriptam fuisse legem, propter præuaricationem autem aliquantum mutatam fuisse characterem, sed post pœnitentiam restitutum. Rabbi Simon Eleasaris filius & sermonem & characterem nullo tempore mutatum putat: adeo de Hebraicis, ne apud ipsos Hebræos quidem aliquid habetur certi. Atq; hæc est temporum vicissitudo, vt nullæ sint literæ, nullæ linguæ, quæ hodie formam antiquitatis suæ agnoscant, atq; intelligant.

Ex his tam constantibus & perpetuo immotis principiis literarum & linguarum, primum Grammaticam sane apud Græcos primus Prometheus inuenit; eam intulit Romam Crates Mallotes, quam Palæmon post professus à se eam Palæmoniam denominari facit, qui literas secum & natas & interituras iactare ausus fuit: quin Marcum Varronem porcum appellare non erubuit. Priscianus certe Grammaticus vndiquaque doctissimus, hanc ipsam tamen ne toto vitæ suæ tempore perdiscere potuit: & Didymus de ea quatuor, siue vt alij dicunt sex millia librorum scripsisse perhibetur. Legimus Claudium Cæsarem ita fuisse Græcis literis deditum, vt tres literas nouas illi linguæ adinuenerit, quas postea Princeps non omisit. Et Carolus ille Magnus Germanicæ linguæ Grammaticam commentus est, mensibusque ac ventis noua nomina indidit.

Certe maxima sæpe dispendia ex literarum linguarumque minus accurata perceptione nata esse multi sciunt. Sic deceptus Saul Rex quondam Hebræorum verbo Zacar, quod & masculum significat & memoriam, cum dixisset Deus delebo memoriam Amelech, ipse Saul putabat, si mares sustulisset, se satis fecisse præcepto. Contigit & Græcis & Italis similis erros in verbo Phos, quod & hominem significat &

ficat & lumen. Vnde quondam Saturnalium cultores verbi ambiguitate decepti, hominem quotannis Saturno immolarunt, dum illum accensis luminibus placare potuissent: quæ gens tam stulta tandem Hercule magistro resipuit.

Verum vt omnes scientiæ tempori & obliuioni subiectæ sunt, sic & literæ & linguæ quibus vtimur, peribunt, & resurgent aliæ, & fortassis iam sæpius extinctæ fuerunt, & sæpius resurrexerunt: Neque ipsa orthographiæ ratio, semper eadem fuit, nec similis apud omnes & eodem sæculo. Et latinæ linguæ genuina pronunciatio hodie nusquam est: Prisci Hebræorum Characteres perierunt, & non est eorum memoria; sed quos nouos inuenerit Esdras: & linguæ eorum à Chaldæis corruptæ sunt, quod omnibus fere linguis contigit, vt nulla hodie est, quæ suam antiquitatem agnoscat, sub nascentibus vicissim nouis vocabulis, deiectis veteribus, illisque porro rursum restitutis.

Denique Terentiana sententia est, nihil esse iam dictum, quod non sit dictum prius; ita forte nec factum, quod non sit factum prius, adeo nihil stabile, nihil in humanis diuturnum: Solum verbum Domini manet in æternum: verbum inquam Domini, cui boni nominis existimatio gloriæque immortalis merces indiuidua & æterna comes, est: cuius si studiosos nos omni conatu exhibuerimus, non equidem delebitur memoria nostra in æternum.

Legimus de Albania regione, quæ in Oriente est & vsque ad Mœotidas paludes per deserta extenditur, quod ea teste Strabone, olim sex & viginti linguas habuerit. Mithridates Rex Ponti duarum & viginti gentium ore locutus fuit. Sed moritur doctus simul & indoctus: quid ergo hic dicemus, nisi quod omnes scientiæ & artes obliuioni subiiciantur, rerumque omnium perpetua sit vicissitudo.

Iam vt aliquid vlterius de dignitate literarum attexamus, quarum qui ignari sunt præstigias eas esse arbitrantur, qualia quidem multa de Barbaris in Occidentali India lectu non iniucunda commemorari possent, si huius loci atque instituti nostri ratio ferret, pauca quædam eorum adscribere visum est. Barbari enim Hispaniolam insulam incolentes, idem prorsus de Hispanorum, qui primi ad eos accesserant, literis iudicabant: Hæc enim Historiographi verba leguntur. Indi, inquit, animaduertentes Hispanos etiam absentes mutuo inter se colloqui literarum beneficio, credebant vel eos prophetico agi Spiri-

agi Spiritu, vel literas ipsas loqui. quo factum est, vt Barbari veriti ne peccata innotescerent sua, ita se in officio continerent, vt ab eo tempore, nec mentiri, nec quicquam Hispanis suffurari ausi fuerint.

Hoc itaque argumentum si quis dilatare cupiat, & latissimus campus aperietur, tum ad scripturæ artem laudibus prosequendam, tum ad demonstrandum, quanto nos Deus affecerit beneficio, nos inquam Europæos, Asiaticos & Afros præ Barbaris istis quartam orbis partem incolentibus; illi enim mentis conceptum non nisi expressis verbis exprimere possunt.

Nos vero scripturæ adminiculo, aliorum arcana cognoscimus: nostra quoque consilia iis communicamus, qui vel in remotioribus degunt regionibus. Ac sane præter bonas artes, quas ex libris addiscimus (quæque barbaris sunt ignotæ) scripturæ quoque ars inter excellentissima, quibus nos Deus cumulauit, dona est recensenda. Minime autem moror, quod Socrates (vt refert Plutarchus) dicebat: literas quas putat vulgus repertas iuuandæ memoriæ causæ, vehementer eidem memoriæ officere. Olim enim homines, si quid audissent dignum cognitu, non libris sed animo inscribebant: Hac exercitatione confirmata, memoria facile tenebant quicquid volebant & quod quisque sciebat habebat in promptu. Post reperto literarum vsu, dum libris fidunt, non perinde studuerunt animo infigere, quod didicerunt. Ita factum est vt neglecto memoriæ cultu, minus viuida esset rerum cognitio, & pauciora quisque sciret, *quandoquidem tantum scimus, quantum memoria tenemus.*

Quam ego sententiam, præsertim in Philosopho, ac Græciæ sapiente, dignam iudico reprehensione: Nam & Cicero cæterique docti post eum, Historiam quæ sine literarum librorumque vsu contexi non potest, matrem esse temporum affirmant. Illud quidem verum est, Patres qui ante Moysis scriptorum omnium primi; tempora vixerunt, permulta & quidem optima, quæ non commentariis, sed memoriæ & menti mandabantur, posteris per manus tradidisse: at longe tutius illud est factum, ex quo obtinet scriptura. Hæc quidem rerum Indicarum scriptor; & forsitan de his satis.

Certe Indos à principio ea persuasione imbutos fuisse constat, quod videlicet Epistolæ quas Hispani mutuo ad amicos mitterent, animatæ esset & loquerentur: Cuius rei lepidam Historiam narrat Gomara: Mittebat, inquit, Hispanus quidam ad amicum duodecim Huttas (id est Cuniculos Indiæ oc-

 ciden-

cidentali peculiares) aſſos, ne æſtu corrumperentur. Indum, qui deferebat, cum vel obdormiuiſſet feſſus de via, vel interquieuiſſet, diutius morantem in itinere fames corripit, tres Huttas abſumit; reuertitur literas ab amico illo ad herum referens, quibus ille de nouem Huttis ad ſe miſſis gratias amico agebat: Hiſpanus perlectis literis ſeruo iraſcitur, ille duodecim reddidiſſe affirmat, ſed cum Epiſtolæ indicio proderetur, rubore perfuſus, verum aperit, & ſuos ea de re commonefacit populares, vt ſibi à foliis & chartis eiuſmodi loquacibus accurate cauerent.

Cæterum apud aliquos Indorum occidentalium populos, literarum vſum eſſe, allati inde ad nos libelli prodidere. Iuriſperitus quidam Corales Darinenſium prætor Vrbanus ad regem Catholicum ſcribens inter alia retulit, ad ſe adductum Indum quendam, qui ab hero fugerat ex interioribus continentis terris, verſus occidentem. Is legentem aliquando literas Prætorem conſpicatus, mirabundus accurrit vt videret, dixitq; patronum ſuum (à quo ille aufugerat) & populares ſuos etiam libros habere, ſed de foliis arborum ſimul conſutis compactos, cuiuſmodi à Corteſio è Caluacana in Hiſpaniam miſſi ſunt. Hæc Pet. Mart. Quæ ob rei nouitatem ad literarum commendationem plurimum facientia, minime ſilentio præterire debui.

Ne vero plus æquo ſermo meus excreſcat, quod fieret ſane, ſi omnia pro dignitate proſequi inſtitueremus, Colophonis loco hoc tantum addendum cenſuimus, eam videlicet literarum dignitatem eſſe, vt illas ipſas rerum omnium conditor & gubernator Deus opt. max. Deus patrum noſtrorum Abraham, Iſaac & Iacob, in lege ſua ad populum Iudaicum ſuper monte ſancto Sinai promulganda adhibuerit, exaratiſq; propriis digitis characteribus populo ſuo ſtatuta DECALOGI præſcripſerit, quod immenſum diuinæ ſapientiæ beneficium, nos quoq; agnoſcere, gratiq; erga Deum noſtrum pro inexhauſta illa in nos beneficentia eſſe debemus; quod non tantum patrum noſtrorum memoria legem ſuam ſacroſanctam literis à ſe exaratis prodiderit, ſed & poſterioribus hiſce ſæculis, æternam ſuam voluntatem per vnigenitum filium ſuum nobis in ſcripturis & in literarum characteribus reuelauerit; cui pro munere hoc literario nunquam vllius linguâ ſatis commemorando, proq; omnibus in nos collatis beneficiis, ſit laus & honor & gloria vſque in ſæculum.

Hæc


CHARACTERIBVS.

Hæc itaq; LECTOR beneuole, habuimus, quæ breuiter tecum communicaremus, dum omnigenos hosce, adeoq; à mundi vsq; exordio apud omnes omnium terrarum gentes vsurpatos characteres & literarum formas tibi breui hoc libello, quam artificiosissime in ære effictas perscribimus.

Quo in opere, quid quantumq; operæ, quid studij, quid industriæ, atq; adeo quid sumptus & impensæ posuerimus, loquetur libellus per se & ocularis demonstratio. Erunt tamen fortassis & hic amice Lector, vti nusquam plerunq; desunt momi & obtrectatores, qui obiiciant, opusculum hoc nec perfectum, nec iis saltem, quæ haberi possint hoc nostro sæculo characterum formis absolutum, sed & elegantiores, & complures prostare alias. At velim sic habeas, libellum hunc potissimum exoticis peregrinisque typis à nobis destinatum consecratumq; esse: quod vero quasdam nostratium effigiationes apposuerimus, eo fine factum noris, vt in collatione discrimen vtrinq; luculentius patesceret: Nam vt artifices pingendi nostratium literas, vel ex parte, vel ex toto hic exprimamus, nec animus nec institutum hactenus nostrum fuit. Qui labor nullo alio consilio, quam vt tibi amice LECTOR tuisq; commodis pro virili nostra, gratum faceremus, à nobis susceptus fuit. Tu boni eum consulito, & fauore tuo nos prosequaris. Nos vero si te benigniorem experti fuerimus, non officio tantum summo tibi deuinciemur, sed & ad maiora, ingenioсioraq; tuis excitati studiis, nunquam non de te bene mereri satagemus. Vale.

*Ioannes Theodorus, & Ioannes Israel de Bry fratres Germani, incisores in ære, & Ciues Francfordienses.*


Alphab. Chaldaicum antiquum.
l o c h t e i u z d g b a
Lendin Harar Caccar Hit To Vu Zec Ut Zau Dau Gau Vath Elpha
t z y x k m r s q f p n
Ten Reb Sui Rab Kal Zagiun An Sam Puso Fu Pu Netha
ABRAHAM
Syras, & Chaldaicas literas inuenit.
c i t hh z u h d g b a
th ſc r q zz f gh s n m l



ALPHABETVM
Syriacum
Iod Teth Cheth Zai Vau He Dolath Gomal Beth Olaph
Zode Pe Ae Semchat Nun Mim Lomat Coph
Vria Odam Isaac Esaia Abraham Vocales. Tau Schin Risch Koph
PHOENIX.
Litteras Phoenicibus tradidit.
l c i tt hh z u h d g b a
th sc r q ss f gh s n m

ALPHABETVM SIRIORVM.




## ALPHABETVM HEBRAICVM ANTE ESDRAM.

Cornelius Agrippa vocat scripturam transitus fluuij.





Hanc Cornelius appellat scripturam Coeleſtem




SCRIPTVRA MALACHIM SECVNDV̄ COR: AGRIP:
Lamed Caph Iod Teth Heth Zain Vau He Daleth Gimel Beth Aleph
Tau Schin Res Kuff Zade Pe Ain Samech Samech Nun Mem
ESDRAS
Novas Hebræorum Litterras invenit.
Teth Heth Zain Vau He Daleth Ghimel Beth Aleph
Samech Nun Nun Mem Mem Lamed Gbaph Caph Iod
Tau Schin Reß Cof Zzadi Zzadi FFe Pe Hain
B ii

**MOYSES**

Antiquas Hebraicas literas inuenit.




*Hebræorum*

ts ts p p ngh s n m l c c i t ch z u h d g b a

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ך ל מ נ ס ע פ ף צ ץ


th s sch r k

ק ר שׁ שׂ ת


B iii


MERCVRIVS THOYT

*Aegyptijs sacras literas conscripsit.*





Isis Regina Aegyptiarum literarum inuentrix.






Alphabetum Aegyptiorum
m l k i h g f e d c b a
Mithe Luzamin Kbyta Loquam Helotha Gomor Fin Exi Dinaim Chinoth Biuithyn Athomus
th z y x u t s r q p o n
Thou Zain Ipph Xiron Ut Tela Sichen Iron Quin Pilon Obelat Nayn
Aegyptiacum
a b c d e f g h i k l m
n o p q r ſ t u x y z th


Alphabetum Arabum
m l z r d c g t b a
Mim Lem Chef Dha Tha Zei Ra Dhel Del Cha Che Gim The Te Be Elif
u Sci s f z n
Al Lemlif Veu He Scin Sin Chaf Fe Ghain Hain Dhed Sad Nun
Arabici Characteres
gh hh thd tt dh ss sc s z r dh d ch h g th t b a
i la u h n m l q ch f
c ii


ARABICV̄ ALPHABETV̄
The Che Ze Vau He Dal Gin Be Eliph
Tzad Phe Hain Sin Nun Mim Lam Chiph Ie
Hem Lam Ale Pe Lo Sol. Te Schin Re Kaph
ALPHABETV̄ ÆTHIOPICVM
Alph Beth Ghemel Dent Hoi Vaue Zai Haut Harm Thait Iaman Caph Laui Mai
Nahas Saut Hain Pais Aph Psa Zadai Zxappa Kaph Res Saat Taui


ALPHABETVM SAMARITANVM
Lamed Caph Iod Teth Cheth Zain Vau He Daleth Gimel Beth Aleph
Tau Schin Resch Kuph Zade Pe Ain Samech Nun Mem
ALPHABE. GRÆCVM AVTORE CYRILLO.
a Has · b Bucchi · uu Viddi · ga Glagoglie · d Dobro · e Iest · x Xiuitte · z Szemglie · i I i
k Chaceo · l Gliudi · m Mislite · n Nas · o On · p Pokoi · r Herzzi · s Szlouo · t Terddo · u Hueb
Ferth · ha Hir · nulle Hoth · Sebia · Pu · Stia · Nulle · Ia · Sta · iu

## ALPHABETVM GRÆCV. 2

| a | b | g | d | e | z | e | th | i | c | l | m |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Alpha | Vita | Gamma | Delta | Epsilon | Zita | Ita | Thita | Iota | Kappa | Lambda | Mi |
| Α | Β | Γ | Δ | Ε | Ζ | Η | Θ | Ι | Κ | Λ | Μ |

| n | x | o | p | r | s | t | y | ph | ch | ps | o |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ny | Xi | Omicro | Pi | Ro | Sigma | Taf | Ypsilon | Phi | Chi | Psi | Omega |
| Ν | Ξ | Ο | Π | Ρ | Σ | Τ | Υ | Φ | Χ | Ψ | Ω |

## Alphabetum Græcum. 3

| a | b | g | d | e | z | e | th | i | k | l | m |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Αα | Ββ | Γγ | Δδ | Εε | Ζζ | Ηη | Θθϑ | Ιι | Κκ | Λλ | Μμ |

| n | x | o | p | r | s | t | y | ph | ch | ps | o |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Νν | Ξξ | Οο | Ππϖ | Ρρ | Σσς | Ττ | Υυ | Φφ | Χχ | Ψψ | Ωω |

D

**CADMVS PHOENICIS FRATER**

Litteras hasce in Græciam intulit.

| a | b | g | d | e | i | k | l | m | n | x |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Α | Β | Γ | Δ | Ε | Ι | Κ | Λ | Μ | Ν | Ξ |

| o | p | r | s | t | ph |
|---|---|---|---|---|---|
| Ο | Π | Ρ | Σ | Τ | Φ |

**PYTHAGORAS**

*Y. litteram ad humanæ vitæ exemplum inuenit.*

**Y**

**SIMONIDES MELICVS**

*Quattuor Græcarum litterarum inuentor.*

| Ζ. | Η. | Ψ. | Ω. |
|---|---|---|---|
| z | i | ps | o |

**EPICHARMVS SICVLVS**

*Duas Græcas addidit litteras.*

| Θ. | Χ. |
|---|---|
| th | ch |

**PALAMEDES**


*Bello Troiano Græcis litteras quattuor adiecit.*

| Θ. | Ξ. | Φ. | Χ. |
|---|---|---|---|
| th | x | ph | ch |


ALPHABETVM DVPLEX IACOBITANV.
Alfa Veda Gamma Delda E Tzo Zieda Eta
Theta Ioda Cabba Lambda Mÿ Nÿ Exi O
Phi Rou Sigma Ta Ye Fi Chi Ebsi
Omega Schei Vei Hach Hori Sima Ti
ALPHABETV̄ AEOLICVM.
A · V · G · D · E Z · E · T · I · C · L · M · N · E · O · P · R · S · T · Y · E · C · E · O ·
D iii


## S. HIERONYMVS


*Litterarum Illyricarum inuentor.*




## S. CYRILLVS


*Aliarum Illyricarum litterarũ Auctor.*




ALPHABE: ILIRICVM SCLAVORVM
a Ac
b Buc
c Cothno
d Dobro
f Feiu
g Glaglose
h Hy
i Ilsouo
l Iesti
m Misalre
n Nam
o On
p Pocbi
q Teurus
r Reti
s Sier
t Te
u Vlo
x Xnie
z Znnghi
z Zelth
He
Pi
Si
ALPHABETV̄ SCLAVOR.
a. b. u. g. d. e. x. 3. z. tz. i. g. c. l. m. n.
o. p. r. s. t. u. f. h. ot. sc. ci. c. s. ie. ia. iu.
E



ALPHABETV CROATICV
A B V G D E sh Z I
Y K L M N O P R Sz
T V Ph H CH Cz Tz Ss Y V
Alphabetum Muscouiticum.
As Buki Vide Glahol Dobre Iest Selo Zimla I Y Iy Kako Lude Misliti Nas
On Pokoy Rezi Szlouuo Tuuerdo Vk Pher Her Or Cha Cza Tza Scha I Y Io

# ALPHABETA ARMENICA




S. IO. CHRYSOSTOMVS

*Litterarum Armenicarum Auctor.*





ALPHABE INDICUM UNUM ET ALTERUM
s Sin · c Vau · z Zin · u Vel · d Del · p Kab · h Heth · g Gis · o The · ph Pha · b Vedh · a Eliph
m Andel · t Zars · i Ion · f Fin · q Zau · r Sam · l Lem · y Haa · c Cia · n Gin · h Ain · x Xin
a b cc d e f g h i l m n o p q r s t u x z
ALPHABETŨ HETRUSCŨ
M L K I H G F E D C B A
Y X V T S R P O N
E iiii


DEMARATVS CORINTH.
Hetruscarum literarum auctor.
a b c d e f g h i k l m
n o p q r ſ t u x y
VLPHILAS EPISCOPVS
Gothorum literas inuenit
a b c d e f g h i k l m
n o p q r s t u x y z &
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z &
F

## ALPHABETVM SARACENORVM




*Alphabetū ex ſeptem Tabulis æneis Eugubij iampridem repertis congeſtum.*



ALPHABETVM ROMANORVM

A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T V X Y Y Z

NICOSTRATA CARMENTA
*Latinarum litterarum inuentrix.*


A. B. C. D. E. G. H. I. L. M. N.
O. P. R. S. T. V.

EVANDER CARMENTAE F.
*Aborigines litteras docuit.*

H. K. Q. X. Y. Z.

F iij

CAPITALIA ROMANA ANTIQVA.



ALPHABETA ANTIQVA

A a a b c d e d e f g h i k l

m n o p q r ſ s t u x y z

a.b.c.d.e.f.ff.g.h.i.k.l.m.n.n.o.p.q.r.ſ.ſt.s.t.u.v.w.x.ÿ.z.z.r.

A B C D E F G H J K L M

N O P Q R S T V X Y Z.

G

## ALPHABETA LATINA

A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V W X Y Z

A a a b c d e f g h i k l l m n o
p q r ſ s t u v x x y z

A a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ s t u x y z &


A a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ ſt t v u x y z &

CAPITALIA ROMANA ANTIQUA.

A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V X Y Z ✱.

A B C D E F G [illegible] H I K L M
N O P Q R S T V X Z


M a b c d e f g h i k l m n o p q ꝛ r ſ s t u x y z


LITERA ANTIQVA ROMA


## CAPITALIA GERMANICA




## ALPHABETA GERMANICA



## ALPHABETA FLANDRIA.



## ALPHABETA GALLICA



ALPHABETUM CAPITALIUM CURS:

A B C D E F G H I J L L M M N N

O P Q Q R S T T T V V Z

Sequuntur Capitales litteræ unico ductu scribendæ

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y


*Alphabetu Italica:*

*A a b c d e c v f g h i y l m n o p q r s t u x y z*


*A a b c d e f g i y ll m m n n v o p p q q r r s t v v u x y*

*A a b c d e f g h i k l m m n o p q r s s t tt u v w x y z*

A a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. V. u. x. Y. Z. T.


ALPHABE. BERGAMASCA.
Anticha.
Genouese.
Longobarde.
Longobarde Corrente.

# ALPHABETA HISPANICA.




I iii